Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8191
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pura mente capiamus: et de munere ipsa
fiat nobis remedium sempiternum p eiusdem
dnm nrm. Deinde teneat calice in
ambabus manibus et recipiat secreta
ablutionis et dicat. Lavabo inter innocentes
manus meas et circumdabo altare tuum domine
ut audiam vocem laudis et enarrem universa mirabilia
tua. Domine dilexi decorem domus tue et locum habitationis
gloriae tue. Ne perdas cum impiis deus animam meam
et cum viris sanguinum vita mea. In quorum manibus
iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum redime me
et miserere mei. Pes meus stetit in directo in ecclesiis
benedicam dominum. Gloria patri et filio et spiritui sancto
sicut erat in principio et nunc et semper et in secula
seculorum amen. Hic repeat calice sicp corporale et ybinatis ma
nibus humiliter dicat. Et verbum caro factum est: et habitavit in nobis. Confirmatum est
et firmata est anima mea. Hec sunt gaudia que mihi placuerunt o pie
sapie. His omnibus completis ponat libro
in dextera parte altaris et legat
communiter post hoc vertat se ad
populum et dicat. Dominus vobiscum. Deo
Et legat complendas p ut in alis
collecte prius habitis. et in fine oratio
dat. Per dnm nrm Jesum. Hic osculetur
scriptum in libro et claudat p vadendo ad
medium altaris dicendo. Qui tecum vivit
et regnat in unitate spiritus sancti deus p omnia
Deinde vertat se ad populum et dicat.
Dominus vobiscum. Ite missa est. Vel benedicamus